



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXVII. De opinione sectariorum ordinem Hierarchicum admittentium
vel repudiantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

esse, & maximum omnium Episcoporum. vt autem cunctis di-
tioniſ ſua nationibus, imperat Patriarcha, & leges indicit,
vt à principio Petrus Chriſti Vicarius, Religioni, Eccleſiæ, ce-
teriſque ad Chriſtum reb. pertinentibus, præſectus, Principum
Chriſtianorum, Prociuantur & omniũ gẽtium Dominus,
& rector erat: ita ille, cuius Principatus Romæ, Petro ſimilis,
& authoritate par. Patriarcharum omnium dominatur, & Prin-
cipatum obtinet. Huic ſanctiõni ſi quis repugnauerit, & obſte-
re auſ fuerit, totius Synodi decreto anathemati ſubiciatur.

8. Quamvis autem inter Patriarchales sedes tandem collocata sit Constantinopolitana, fero tamen id factum, postquam Constantinopoli Concilium habitum est. ita c. 5. Constantinopolitanæ civitatis Episcopum, habere oportet primatus honorē, post Romanum Episcopum: propterea quod sit nova Roma. dist. 23. c. 5. Eodem modo deinde decretum est in Synodo sub Iustiniano. c. 36. dist. 23. c. 6. & cap. 7. Quibus autem in vrbibus oporteat Patriarchas creare distinct. 80. c. 1. ostenditur. Vrbes, inquit, canon, quibus primates presidere debent, non à modernis, sed etiam multis ante aduentum Christi sunt statuti temporibus: quarum primates etiam gentiles, pro maioribus etiam negotiis appellabant. In ipsis vero vrbibus post Christi aduentum Apostoli, & successores eorum, patriarchas, vel primates posuerunt, ad quos Episcoporum negotia (salva in omnibus Apostolica auctoritate) & maiores causæ, post Apostolicam sedem sunt referenda.

§9. Multitudo Christianorum crescente plures sedes Patriarchales erectæ fuere. Nam præ tres primas, ait S. Anacletus etiam alias fuisse designatas. Deinde postquam ille ordo placuit, vt post Romanam esset Constantinopolitana, deinde Alexandrina, tandem Antiochena, & vltimo nomine magis, & honore Hierosolymitana, nam Cæsareensi Metropolitana obtemperabat, aliæque institutæ sunt.

Inter Canones Synodi Niceni cap. 35. & 36. ad-
dunturaliqui Patriarchæ. caput 33. Patriarcha sive in ciui-
tate Regia, vt fit honoris ipsi & Regi, & aliis simul presbyteris.
Honoretur etiam Episcopus Helie pruxum alii Episcopi, quia
ipse residet in ipsa ciuitate, vnde crux Dei Domini nostri cæ-
pit, & vbi est locus iudicii. Honoretur quoque similiter sedes
Seleucie, quia est ex ciuitatibus Orientalibus, quæ debeat etiam
appellari nomine Catholici & positi sit ordinare Archiepiscopos,
sicut faciunt Patriarchæ, vt Orientales non patiantur dam-
num expectandum Patriarcham Antiochie, aut eundem ad eum,
& Gentiles reperiant viam ad necessitates suas. Quia in hoc
non fit iniuria Patriarchæ Antiocheno, siquidem ipse consensit,
postquam hoc ab eo Synodus petiuit, ne de subiecta potestate ista
conquereretur, quæ nihil aliud desiderabat, quam vt illius pro-
uincia fideles paci & quiete fruerentur, simul etiam vt is qui
tenet sedem Seleucie, nomine Catholici honoraretur.

Caput 34. Si acciderit, vt necesse fit conuenire Episcopos Gracia, & fuerit praesens Prelatus Seleucia, quem diximus, quae Seleucia est in Prouincia Babilonia in regno Zabur, & hodie est Ciuitas, oportet honorare eum multum & magnificare, atque extollere supra omnes Episcopos Gracia. Si quidem ipse tenet locum Patriarche in Oriente, & sedes eius in Concilio debet esse sexta post Episcopum Hierosolymitanum, & quicumque hanc constitutionem violauerit, Synodus eum excommunicat.

Caput.35. Non permittit magna Synodus, vt congregentur in provincia Persidis ad disponendum aliquid ad ordinem Ecclesie pertinentes, sine consensu & auctoritate Patriarchæ Antiocheni, quia quamvis prelati Synodus sit loco Patriarchæ, & non querat aliud, præterquam quietem & tranquillitatem ipsorum Persarum, tamen non licet immittere se ad constituendum ordinem Ecclesie, sed potius in omnibus sint Metropolitanis Patriarchæ obediētes, & qui contraxerint, Synodus eum excommunicat.

Caput 36. *Ve non possint Aethiopes creare, nec eligere Patriarcham; quin potius eorum praelatus sub potestate eius sit, qui tenet sedem Alexandria. Sit tamen apud eos loco Patriarcha & appelletur Catholicus; non tamen ius habeat, consti-*

tuendi Archiepiscopos vt haber Patriarcha, siquidem non ha-
bet Patriarcha honorem & potestatem. Quod si acciderit vt
concilium in Gracia habeatur, fueritque presens hic praelatus
Acriorum, habeat septimum locum post praelatum Seleucia: &
quando facta fuerit ei potestas constituendi Archiepiscopos in
provincia sua, non licebit illi constituere aliquem ex illis, &
quicumque non paruerit, Synodus eum excommunicat.

Hic ergo Ecclesiarum ordo fuit. Romana, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, Seleuciensis, Æthiopica. In hunc ordinem conferuntur etiam Græci in Concilio Florentino licet de Seleuciensi, & Æthiopico solliciti non fuerint. ita ipsi scribunt. *Περὶ τῆς ἀρχῆς ἡ πάπᾱ, ὁ μολαζμὸν αὐτῶν ἄχρον ἐξερκερέα ἔχει πῶτερον, καὶ ἐπὶ ὀρθότητι τοῦ βικάρειο ἡ χρεῖς. πομπὴα τε καὶ ὁδολοκαλῶν πάντων χρεῖσαι ἰσὺν, ἡ ὡσὶν τε καὶ κυβερνᾶν τὴν ἐκκλησίαν ἐστὲν, (ὡς) ὁμῶνται τῶν παστορικῶν καὶ τῶν δικαιοκλῶν τῶν ἀρχιερατικῶν τῶν ἀνατολῆς. τὴν κωνσταντινουπόλεως ὁδότερον εἶναι μὲν τὴν πάπᾱν, εἶτα τὴν ἀλεξανδρείας, τὴν ἀντιοχείας μὲν ἔστω, εἶτα τὴν ἱεροσολυμίαν. De primatu Papæ. statemur ipsum summum Pontificem, & procuratorem, locum gerentem, ac Vicarium Christi, pastorem & doctorem omnium Christianorum, regentem & gubernantem Dei Ecclesiam, salvis privilegiis & iuribus Patriarcharum Orientis. Et Constantinopolitanum quidem secundum esse post Papam; deinde Alexandrinum; post hunc esse Antiochenum; postremo Hierosolymitanum.*

§. 10. Primates vocatos esse Patriarchas dixi, sed tamen præter eos quos proprie Patriarchas nominare consueuimus, alii etiam primates dicuntur. Potest enim esse Primas etiam sub Patriarcha, & ad quæ Archiepiscoporum causæ deferantur. dist. 99. c. 1. dicuntur à Gratiano Primas & Patriarcha diuersorum nominum, sed eiusdem officii, ab Archiepiscopis autem alitè primates appellari.

Primates nec tamen Patriarchas appellant, qui sunt immediate sub summo Pontifice, Lugdunensis, Toletanus, Bituricensis, Aqueleiensis. Non enim sub illo Patriarcha sunt, ita & Archiepiscopi Germaniæ, nullum enim Patriarcham agnoscunt præter Romanum Pontificem. Quod si tamè hoc ad primate requiritur, ut ad eum appelletur ab Archiepiscopis, ex his fere nullus est primas. Aliæ sane Constantinopolitans dicitur Patriarcha cui 26. Archiepiscopatus subiecti fuerunt, tempore Pipini, & Caroli. In orientali iure 1. 2. recensentur 80. Ecclesiæ Metropolitane, & 39. Archiepiscopi. Antiochenus habuit sub se Archiepiscopatus 12. deinde 13. Guil. Tyrius 1. 14. de bello sacro c. 12. Nam Ægyptius, seu Alexandrinus propter adiunctam Lybiam multo latiorem ditionem habuit.

*Primates
sub Patri-
archa esse
possunt.*

Qui pri-
mates.

CAPVT XXXVII.

*De opinione Sectariorum ordinem Hierar-
chicum vel admittentium, vel re-
pudiantium.*

§. i. **N** Vllares magis obstat licentiæ, nouitati, se-
ditioni, quam fundatus legibus, iudiciort,
ac magistratum ordo; contra quem stare necesse est
eum, qui noua dogmata inducit. Ea causa supra dixi
omnes sectarios contra magistratum Ecclesiasticum
insurgere, qui omne quod eorum libidini cōtrarium
est, tyrannicum clamant, & omnem potestatem vel-
ut superbarum traducunt. Horum nonnulli vt Gene-
uenses inter ministros æqualitatem virgent, non Pre-
byterum imperare presbytero, non Episcopum, non
Archiepiscopum. Atque vt omnem tyrannidis suspi-
cionem amoliantur, ipsa officia è medio tollunt. Alii
cent-

Nomina
veritas rei
cuius nostri
Sectarii,
Angli reti-
nent.

Magnum
scandalum
tollere Epi-
scopatus
censet Cal-
uinianus.

cenfuram morum ad politicos magistratus relegant. Ceteri retinent rem ipsam; nomen reipungunt; vocant enim superintendentes, & superattendentes generales, non Archiepiscopos, aut Patriarchas. Denique prudentiores & rem, & nomina retinent, ut Britannii, ut quorum sunt Primates, Episcopi, & in summo fastigio, siue suprematu, ut vocare consueverunt, rex ipse collocatus est. Britannii igitur maximi hanc rem faciunt, & cardinem Euangelii sui in ea ponunt: ita Adrianus Saravia in prefat. ad Episcopos Anglicanos. In meo tractatu de diuersis ministrorum Euangelii gradibus, quicquid homines cogitent, non tantum vestras dignitates defendere in animo habebam, sed omnium Ecclesiarum Christi tam Gallia quam Germania Episcopis, & aliis viris doctis, & praeae ecclesiae gubernationis non ignavis, datas offensiones a nostris hominibus, pluribus in locis, si non tollere, saltem minuire, & vulnus (quod nunquam sanabunt qui inflexerunt) lenire, & quantum liceret remoras propagationis doctrinae euangelicae amoliri conatus sum.

Odio tyran-
nidis pote-
statem tol-
lere, & sum-
mam ty-
rannidem
inducere.

Idem in prologo causam tanti erroris esse, quod odio tyrannidis, nomen primatus sustulerunt, ut o-
lim Romani odio Tarquiniorum regnum ipsum e-
uerterunt, qui tamē postea plures tyrannidis formas
passi sunt, quam si regiū nomen auctoritatemq; reti-
nuissent. Non enim potestatis sunt ista vitia, sed ho-
minum.

Lutherani
ministri de
suo regno
dimicant,
non de E-
uangelio.

§. 2. Potestatem hanc retinendam Philippus Me-
lanchton censuit, ad Lutherum sic scribit: Non credis,
quanto in odio sui Norici, & nescio quibus aliis, propter resi-
stunt Episcopis iurisdictionem. Ita de suo regno, non de euan-
gelio dimicant socii nostri. Amicus quidam scripsit, me si qua-
ta voluissim maxima pecunia a Romano Pontifice conductus
essem, non potuisse meliorem rationem suscipere regitunde do-
minationis pontificiae, quam hanc esse, iudicent homines, quam
institimus.

Et alio loco. Quidam legati mirifice mihi succenserunt,
quod videret resistere Episcoporum regnum: Sacranus neuti-
quam amanter de eare exposulauit mecum, noua quadam &
inuisitata vsus verborum acerbitate: sic est ut scribit Thucydi-
des, τὰ ἐν μέσῳ ἀπορρήγου πτερόντων. Vt nam id mihi
accidisset iam olim, ne nunc videre hac vitia partium coge-
rer, &c.

Insigne testimonium illius, qui suam partem opti-
me norat. Non enim Euangelii causa instituta fuit,
sed licentiae tanta tragedia, & anomie, anarchiaeque
seruitura.

Eandem esse aliorum mentem multis contra Be-
zam probat Saravia, pag. 236. & seq. Hinc ait idem
alios retentare mutasse nomina, pro Episcopis creasse
superintendentes, & pro Archiepiscopis, Generales,
aut prouinciales superintendentes, quasi de nomini-
bus, non de re sit controuersia, pag. 5.

§. 3. Consensum itaque veteris Ecclesiae probant,
Saravia in prol. p. i. Contra vnam, & constantem om-
nium patrum veteris Ecclesiae consensum, nihil sine expresso Dei
verbo est nouandum. Hoc enim libere dico: Quisquis patribus
omnem auctoritatem adimit, ipse sibi nullam relinquit.

Et: Mos populi Dei ab omnibus totius orbis Ecclesiis rece-
ptus, inuolabilis quadam lex est. Verisimile non est vniuersa-
lem consensum omnium Ecclesiarum, & temporum, sine ver-
bo Dei, aut Apostolica traditione accidere potuisse. Et tan-
dem subdit. Olim Episcopos, & Archiepiscopos ne-
mo bonus improbabat.

Hunc consensum quem tanti faciunt Angli c. 20.
sic probat Hadrianus Saravia, cuius verba idcirco
ponam, quia in omnibus articulis fidei controuersis
esse vsui possunt.

Episcoporum
dignitas ca-
nonibus A-
postolorum
probata.

Quod inde ab Apostolorum temporibus, a patribus per vni-
uersum terrarum orbem factum in omnibus ecclesiis legimus
vsque ad nostra tempora canonem Apostolorum immutabilem
esse iudico. Non parua res est abrogare, quod tanto, tam vni-
uersali consensu receptum fuit: a quo recessisse praeterquam quod

temerarium est, cladem maiorem Ecclesiae adfert, quam multi
suspiciuntur, cui subueniri postea non poterit. Inter vetustos ca-
nones qui propter antiquitatem dicuntur Apostolorum legi-
mus eum qui hic sequitur. Τὰς ἐποποιίας ἐκείνων οὐδὲν εἰδέναι
καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν,
καὶ μὴδὲν τὸ ἐκείνων ἀδελφῶν ἀντὶ τῆς ἐκείνων προέσεως, ἐκείνων
ἀλλὰ μόνον ἀπὸ τῆς ἐκείνων ἀδελφῶν ἀντὶ τῆς ἐκείνων ἀδελφῶν ἀντὶ
ταῖς ὑπὸ αὐτὸν ἡγεσίαις. Ἀλλὰ μὴδὲ ἐκείνων ἀντὶ τῆς ἐκείνων
ἀδελφῶν προέσεως ποιεῖν τὸν, ὅτι οὐδὲν ἐστὶν καὶ δεῖξαι δεῖσθαι ὁ
θεὸς διὰ τοῦτο ἐν ἀγίῳ πνεύματι. Episcopos singularium
gentium scire oportet, quis inter eos primus sit, qui habeatur
veluti caput, praeter cuius sententiam nihil quod maioris mo-
menti sit agant, sed illa tantum quis agat quae ad ipsius parae-
ciam, & ad villas quae ei sub sunt pertinent. Sed nec ille praeter
omnium conscientiam quicquam faciat: sic enim vnanimis
erit, & Deus glorificabitur per Dominum in Spiritu san-
cto.

§. 4. Eos grauitur Puritani reprehendunt, qui no-
mina illa Episcoporum, Archiepiscoporum, Metro-
politano, Patriarcharum conuictis lacerant. ita
Saravia c. 25. Hec non esse superba, nec contra Con-
cilio Carthaginensis canonem, qui est dist. 99. Prima
sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel sum-
mus sacerdos, vel aliquid eiusmodi, sed tantum prima sedis E-
piscopus, nec dici aliquem ἀρχιεπίσκοπον, esse contra honorem
Christi, nam non maior est in his quam similibus superbia,
cum architectus, archiatros quispiam nominatur, non enim
Archiepiscopus simpliciter dominum Episcoporum significat,
sed certo modo. A Principis nomine se abhorre negat, & Pa-
triarchas, imo malle modestie causa Archiepiscopos, & Patri-
archas, quam ἐξ ἐξουσίας τοῦ ἐκείνων appellare. Non tamen prin-
cipes nomine quoniam offendere oportere, cum Ambrosio c. 4. ad
Ephes. scribat: In Episcopo sunt omnes ordines, quia primus sa-
cerdos, hoc est princeps sacerdotum, & Propheta, & Euange-
lista. Nec obstat, quo minus tamen Christus sit ἀρχιεπίσκοπος
κατ' ἐξουσίαν. hac ille. Ad principis nomen quod atti-
net, erat eo tempore emphaticae significationis, atq; ita
Imperator fere vocabatur, ut videre licet, in historiis,
idcirco a modestis aliquando reiectum; ita nomi-
num ratio mutatur. Nunc Caesarem, aut regem Hi-
spaniae, Franciae, appellans in consuetudinem lo-
quendi peccarem, si dicerem: ὁ princeps, filios eo-
rum, aut praefectos de more sic nominarem, at o-
lim nomen principis haud facile summi principis co-
mitibus tributum est. Inuidiosum itaque tum erat,
quia potentius, & absoluti domini erat nomen prin-
cipes.

§. 5. Docent magnum signum ira diuina esse, quod no-
men Episcoporum in odium non modo apud aliquos e vulgo,
sed etiam Theologos venit, in praef. Quia scilicet Episco-
patus diuinus est, pag. 4. Et primatus, apostolatus o-
lim dicebatur. Non enim absque hisce teneri con-
cordiam posse, in praef. ita pag. 278. & 405. Prophe-
tat quidem Saravia a pag. 397. non fore firmum regi-
men, nec diuturnam pacem in omnium paritate, & ve-
rum id fuisse, Hollandorum Remonstrantiae, Con-
traremonstrantiaeque docuerunt, & docet ipsa male
coacta Synodi Hallucinatione. Quid enim facient
pauculi, quamuis conspirare possent? Sed audire ad-
uersarios placet.

Sed age, inquit Saravia pag. 397. cogitemus nullos illis
saeculis fuisse Episcopos, nec Archiepiscopos, & circularem fuisse
praesidentiam, & presbyteratum annuum, ut dominus Beza
vult: num cuiquam rerum humanarum perito, & peruersi-
tatis humani ingenii gnaro persuasum esse potest meliori loco
tunc res futuras fuisse? Sunt in hac vrbe, & eius suburbii, pau-
lo plus minusque ducenti verbi Dei Ministri; non minor fuit
Constantinopolitana, nec Romana, nec Alexandrina, nec An-
tiochena Ecclesiarum cleri numerus, sed longe maior, age, pa-
res illi fuerint omnes, & aequalis auctoritatis sine Episcopo, qui
hanc multitudinem auctoritate contineat, & in vnum veluti
corpus recolligat: quem statum huius Ecclesiae futurum, aut il-
larum

Defendunt
vetusta or-
dinis Hier-
archici vo-
cabula.

Principes
sacerdotum
bono sensu
dici potest
Episcopus.

Principis
nomen a-
pud Roma-
nos honoris
summi.

Odiū Epi-
scoporum
plaga Dei
est.

In paritate
non est pax.

Nisi Episco-
pi fuissent,
Ecclesiae o-
lim peris-
sent.

larum fuisse verisimile est, diuersis haresibus in ipsis visceribus harum Ecclesiarum grassantibus: Absit ut cum domino Beza sentiam: credo enim Ecclesias illorum temporum stetisse, & ab interitu defensas fuisse secundum Dei gratiam solo vigore & virtute Episcopalis gradus & auctoritatis supra reliquam presbyterorum turbam.

Solo vigore Episcopatum Ecclesia steterit.

Deinde, secundum à Caluino nunc Beza Geneuensem regit Ecclesiam, in parua republica, cum collegio numero paucis, nempe ad summum octodecim, si cum pastoribus doctores numeres: & scilicet illis hebdomadica est, & circularis; & presbyteri & diaconi noui & annui, quamdiu in tranquillo statu degitur; omnia quidem bene se habent. Sed si quando acciderit dissidium inter Ecclesiarum ministros, qui populo & magistratui gratiosi erunt, facile in partes diuidetur ciuitas, quo malo nullum potest accidere grauius: eadem facilitate diuidetur & presbyterium: & semel diuisum vulgus tumultuabitur, & partes fouebit. In hoc casu qui certe non semper vitari potest, quid fiet? Magistratus interponet suam auctoritatem. Bene quidem: sed in quam partem inclinabit? Imperatores Rom. suam auctoritatem interponere dissidijs Episc. coacti sunt: sed non semper eis datum fuit, fauere melioribus: factiones & factiosos tutati sunt. At nihil huiusmodi sub hoc regimine adhuc experiri sumus: experiri igitur magistrum queritis? si citra periculum & irreparabile damnum, eius magisterium haberi possit.

Schismati occurrere possunt Episcopi.

Et: Cogitemus Galliam reiectis Romanis superstitionibus, puram recepisse filii Dei doctrinam; & eam (quod absit) gubernationis ecclesiae formam, quam dominus Beza opinatur esse diuinam admisisse: nunc calamitatibus, quibus omnes omnium saeculorum ecclesiae fuerunt subiectae, quarum causas imputat Episcopi, liberas fore credit? & si tunc, quando Episcopi reliquam ministrorum verbi Dei multitudinem in officio continebant, ut Synodos legitimas nullas conuocare possent, cogebantur tamen Synodos contra Synodos, & quod sanxerat vna, damnabat altera: si tunc concurrabant huc illuc Episcopi, quid non fecissent, si pares omnes fuissent presbyteri Episcopi, & Episcopi patriarchis? Si pauci pariter potestatis egre pacem & doctrinam concordiam retinere potuerunt, potueruntne pro vno sexcenti, aut bis ter mille eiusdem auctoritatis ministri?

Si Episcopi concordiam efficere non potuerunt, quomodo nunc multi erunt concordantes?

§.6. Docent etiam nullo modo potuisse propagari Ecclesiam, si potestas Apostolica, cum illis in celum migrasset, in non Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchae curam generalem Ecclesiae habentes, nouas fundarent, plantarent; presbyteros, qui rigarent, constituiscent. Nam constitutus, inquit Sarauia, pag. 264. siue in oriente siue occidente Ecclesijs, circumcur sare, & alienas parochias & prouincias inuadere, earumque negotijs se immiscere potuissent, quod fuit, & ambitiosi hominis. Nemo qui se alicui particulari Ecclesiae deuinxit, stationem propriam deferere potest, ut alio pro sua libidine se transferat: tamen quia propagandi Euangelij cura ad ecclesiam pertinet, deligat oportet viros ad eam rem, quandocumque alicubi oportunitas erit praedicandi Euangelij oblata. Hos D. Beza doctores, & pastores tantum esse vult, ego cum tota antiquitate Episcopos, qualis fuit Titus & Timotheus. Nam pastores particulares Ecclesiae non creantur, nisi iam constitutis & fundatis Ecclesijs. Qui fundaturus est Ecclesias, superiore esse oportet in presbyteris, & Episcopis, quos constituet: sic fecere Apostoli, & sic faciendum patres exemplo docuerunt.

Ecclesiae nouae constitui sine Episcopis non possunt.

Quin ultra quoque concedam id fieri non posse, quae etiam causa est ut inter gentes fidem suam haereticus non sparserint. Hoc insuper addo, hac argumentatione vnus primatum probari. Nam generalis cura incumbit illi, qui in nouas regiones fidem praedicaturus, & pastores constituturus proficiscitur, aut ab eo qui generalem curam habet, mitti debet; At Archiepiscopi eam non habent; nam quemadmodum Episcopi ad suos Episcopatus, & pastores ad parochias, ita Archiepiscopi ad Archiepiscopatus alligati sunt, neque vnus alterius prouinciam inuadere potest.

Cura generalis ad vnum pertinet.

Nam quod Beza ait, pag. 275, Neque vero nobis hic cu-

riose inquirendum puto, num ad omnes gentes peruenierint Apostoli, nec etiam nunc magno opere nobis de legatione ad remotissimas aliquas gentes laborandum, quum nobis domi, & in propinquo sit satis superque, quod nos & posteros nostros exerceat.

Hoc inquam impium recte iudicat Sarauia, & ab omni Christiana caritate alienum. Et merito; nam Apostoli hoc fecerunt, quibus Dominus dixerat, ut docerent omnes gentes, & promissum fore ut Euangelium praedicetur in vniuerso orbe, itaque ab Ecclesia laborandum est, ut hoc ad finem deducatur.

Impium est dicere gentium conuersionem esse negligendam.

§. 7. Omnium Ecclesiarum praesulum nusquam sanctam paritatem, pag. 213, & 254. demonstrat Sarauia. Nam cum vetat more regum gentilium dominari; de imperio tyrannico agi, aut politico etiam moderato, quod in Episcopatu non datur. Quamuis pag. 221. adiungat. In altero quidem tractatu, defendo eundem hominem, (si intersit regi, vel Reipublica) duplicem posse sumere personam, & id ad me factum esse, fierique meliori conscientia, & magis ad Ecclesiae adificationem, quam ab aliis impugnetur, mihi testem aliquando Deum futurum credo.

Nulla lex iubet omnes Episcopos esse pares.

Episcopus princeps esse potest.

§. 8. Neque ideo non esse constituendos Archiepiscopos, quod multorum Episcopatum cura supra vires vnus hominis sit, contra Beza vere demonstrat Hadrianus, pag. 413. Nam Iudeorum sacerdos summus omnibus praerat, deinde vni regi multa regna subiecta sunt. Duodecim Apostolis totus orbis subiectus fuit. Nam adiutores habent & cooperatores. Deinde ad eos generalis cura magnarum rerum pertinet.

Multis Episcopatibus vnus praefici potest.

§.9. Qui vero negant illam Hierarchiam, hoc praecipue argumento mouentur, quod aliter Pontificem Romanum excludere, ab illius primatu nequeant. Ita Beza apud Sarauiam, pag. 408. Certe vero si ad conseruandum in sacro ministerio consensum necessario fuit constituenda Episcopalis Dioecesis supra praesbyteros, & Chori episcopos: Metropolitana supra prouinciales Coepiscopos: Patriarchalis quadruplex supra Metropolitanos Coarchiepiscopos dominatio: eadem certe parique ratione Monarchicum supra Compatriarchas imperium, siue Catholicum supra Catholicam vniuersam Ecclesiam dominum fuit erigendum. Quod enim hic obicit ad hoc eludendum argumentum, Sarauia, nullius est momenti. Nam plurimum quidem interest, ut recte dicis, inter praefecturam vnus gentis & regionis, ac totius vniuersi orbis, nempe quod ad mensuram ditionum, non autem quod ad rem ipsam attinet, siue ordinem, siue gradum hic ponamus. Non igitur propterea quod iste praefectura aequalis non sunt inter se mensura inde consequeretur nullam constituendam vniuersalem, cui angustiores ille sunt subordinata.

Argumentum Bezae: Episcopo Archiepiscopus, huic Patriarcha praefici potest, ergo Patriarcha praefici potest, ergo Patriarcha praefici potest, ergo Patriarcha praefici potest.

Conatur quidem Sarauia hunc ictum exire, sed improviso se in ipsum gladium induit. Nam negat sequi Sarauia, quemadmodum non sequitur, singulorum regnorum esse singulos reges, ergo vnum posse constitui vniuersis. Sed Beza ait, hoc esse eludere argumentum; nam ille hoc modo procedit. Si potest esse Ecclesia Tetrarchia, ut totam regant aequali iure Romanus, Alexandrinus, Constantinopolitanus, Antiochenus, cur non etiam ex his quatuor vnus potest ceteris imperare? aut esse inter eos praecipuae auctoritatis? Causa reddenda est, cur antecedente concessio, consequentia negetur. Si dicat vnum hominem tantae curae imparem esse; id iam ante soluit, cum vni regi plurima regna tribuerit, cum cooperatores, cum consiliarios habere possit, cum generali cura contentus esse valeat, & summa rerum tantum iudicare. Deinde rationes Sarauiae hoc euincunt; nam inter Patriarchas Constantinopolitanum, & Alexandrinum, inter Antiochenum, & Alexandrinum necesse fuit lites componere, vnitatem seruare, cum singuli suos particulares Patriarchatus habuerint, quemadmodum inter alios Episcopos. Nonne quemadmodum inter 24. Anglicanos Episcopos potest esse contentio

Si in ecclesijs potest esse Tetrarchia, cur non potest esse Monarchia

ab Archiepiscopis fiboranda, ita inter duos Episcopos Cantuariensem, & Eboracensem, quos in rebus Ecclesiasticis, ad regium tribunal mitti non oportet; alium ergo iudicem sibi legant, oportet. Ut ergo concordia teneatur vnum esse sacerdotem necesse est, qui confratres omnes dirigat; Quin etiam eouique procedit Sarauia, pag. 85. ut Petrum Collegio Apostolorum præfuisse scribat. Verba eius. *Quod Apostolos attinet qui simul aliquandiu Ierosolymis vixerunt, certum est à Domino non fuisse creatos vt simul eodem loci, siue regionis vnus, siue vrbs, manerent: quamobrem collegio aliquæ præfici nihil necesse fuit. Tamen quamdiu simul vixerunt Ierosolymis, vnum quempiam tunc præfuisse collegio duodecim Apostolorum, non est absurdum: quod dum obstinatius negatur, nihil bona causa contra Romanum Episcopum iuuatur. Quis vniquam conuenientem vidit aut cœtum conuenisse, in quo non aliquis præfideret, qui quæ agenda essent proponeret, & sententias rogaret, atque suffragia colligeret? Quod etiam si Petro delatum fuisse à collegio Apostolico, cum præfiscis patribus dicamus, nil ea re causâ Romani Episcopi datur, vnde suam tyrannidem stabilitat: fuit etiam hoc in Petro temporarium, & dispersis Apostolis finitum.*

Hic notandum. 1. Non absurdum vnum præfuisse. 2. Imo absurdum, si nemo præfisset, quia nullus tã absurdus est cœtus, in quo non aliquis præfideat. 3. Id Patres fateri Petro collatum. Hæc vera sunt, & contra hæreses multas; itaque huic homini necessitas verum extorsit. 4. Hanc Petri præfecturam facta dispersione finitam. Quod falsum est. Nam à Christo illi data est, deinde patres quos testes præfecturæ Petreæ producit, eam temporariam negant, & ad successores deriuatam concedunt. Tertio, Tam erat necessitaria in dispersis quam coniunctis. Nam sicut opus est præfide in congregatis, ita opus est conuocatore in dispersis, alioqui nemo fuisset, qui Apostolos omnes, vel aliquos conuocare posset. Quod si omnino paritas seruanda est, nemo vlli, non multi paucis, non pauci multis imperare possunt. Quodcumque enim par pari imperat, tyrannis est. Quam ob causam ridicula est, quæ nunc tentatur Synodus Dordraci; nam et si præfide eligunt, non tamen auctoritatem habent, & ipsa Synodus nil tot fratrum suorum millibus, omni modo paribus imperare potest. Curenim pauci in plures vsurpent iubendi potestatem? Quod si dicant: Eam potestatem à magistratu politico factam, iam maior tyrannis oritur, quam in vlla vniquam Ecclesia probata sit; nam ipsi Ordines, & eorum præfices Archiepiscopos, & Patriarchas faciet, tum prædicantes alios imperare, alios parere iubebit. Quod si vnum omnibus præficiat erit is Patriarcha Hollandiæ, si idem faceret Rex quispiam potens, aut imperator vnum omnium regnorum Patriarcham constitueret. Atque ita dum Monarchiam fugiunt, singuli tyranni scilicet inueniuntur. Verum hac de re alias actum à me.

Nunc hoc moneo, ita Patriarchas, Archiepiscoposque in instituendos, vt in mores, & disciplinam maxima cum potestate possint inquirere, & corrigere. Minimam autem in thesauris, opibusque potestatem habeant, minime etiam obesse possint.

CAPVT XXXVIII.

Metropolitanorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Chorepiscoporum officia moribus & Republica necessaria, & utilia.

Metropolitani & Archiepiscopi
§. 1. METROPOLITANI & Archiepiscopi pro
iusdem in iure accipi solent. 9. q. 3. & in fin.
§. de Monarchis, & in §. non autem, de non alienan-
dis rebus Ecclesiasticis, in authent. ita Rebuffus, in §.

1. Institut. Gregorius Tolosanus. Illis autem in vr-
bus collocabantur, quæ *metropoles*, & primariæ erant,
in quibus prouinciarum rectores residebant. Con-
trarium tamen sensit Henricus Kalteisen in oratione
de punitione criminum publicorum in Conc. Basi-
leensi. idque ex Rabano l. de instit. Cler. c. 5. *Ordo Epi-
scoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchas, Archiepi-
scopos, Metropolitanos atque Episcopos. Patriarcha Græca lin-
gua interpretatur summus Patrum, qui primum, id est, Apo-
stolicum retinet locum. & ideo quod summo honore fungitur,
tali nomine censetur, sicut Rom. Antioch. Alex. Archiepiscopo
vocabulo dicitur, quod sit summus Episcopus; tenet enim vi-
cem Apostolicam & præfide tam Metropolitanis, quam Epi-
scopis ceteris. Metropolitanus autem à mensura ciuitatum vo-
catus sunt, singulis enim prouinciis præeminet quorum auctori-
tati, & doctrinæ ceteri sacerdotes subieci, sine quibus reliquis
Episcopis nihil agere licet sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis
commissa est. Omnes autem superius designati ordines, vno eo-
demque vocabulo Episcopi nominantur, sed ideo priuato no-
mine quidam vtuntur, propter distinctionem potellarum quæ
singulariter acceperunt. Patriarcha pater principum, & ideo
enim Princeps, Archep. Princeps Episc. sicut Metropolitanus à
mensura ciuitatum.*

Archiepiscopos Metropolitanis anteponebat, quasi
sint nonnulli Metropolitanis, qui Archiepiscopi non
nominantur; nominantur, inquam, vix enim credi-
dero vocari Metropolitanum, cui officium Archie-
piscopi non conueniat, nisi quod loco citato, vt &
distinct. 21. Cleros. Archiepiscopus dicatur etiam præ-
fide Metropolitani. Quamuis in Germania appa-
reat ratio distinctionis alia; nam Metropolitanis di-
cuntur ab vrbe principe vnus prouinciæ, Archiepi-
scopi diuersarum sub le prouinciarum Episcopos ha-
bent. V. G. Archiepiscopus Moguntinus, Spirensis,
Curienfis, Halberstadenfis, Wormatiensis, Ar-
gentoratenfis, Paderbornensis, Wirtzburgen-
sis, Werdenfis, Constantiensis, Eistadiensis,
Hildesienfis, Augustanus, Moguntia non recte,
Metropolis more veteri respectu harum prouincia-
rum dicebatur, cum aliæ sint prouinciæ, aliæque Me-
tropoles.

Budæus originationē, & vetera tempora respexit,
cum Metropoles nominat eas vrbes ex quibus dedu-
ctæ sunt Colonie, nihil enim hoc ad Archiepiscopa-
tus, & Metropolitanos nostros. Imo nec ad tempora
imperii. Nam Colonie pleræque Metropoles supe-
rarunt, Tyrus à πόλις Sidonis fuit, Tyri Carthago, &
Carthaginensis tamen Archiepiscopus Tyrio nequa-
quam subiectus erat, sed hic Antiochenum agnoscebat
Patriarcham. Metropoles igitur sunt, quæ non
origine, sed cura, sollicitudine, auctoritate, potestate
materna alias regant Ecclesias.

§. 2. Archiepiscopus olim eligebatur ab omnibus
sue ditionis Episcopis, ita Anicetus Papa. Sed crescente
numero Episcoporum, nisi necessitas interuenerit, debent etiam
plures augeri, id est, si Archiepiscopus diem obierit, & alter or-
dinandus Archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdem prouin-
ciæ Episcopi ad sedem Metropoleos conueniant, vt ab omnibus
ipse ordinetur. Oportet autem vt ipse, qui omnibus præesse debet,
ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui vero compro-
uinciales Episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus, à tri-
bus, iussu Archiepiscopi, consecrari possunt Episcopis, sed melius
est, si ipse cum omnibus, eum qui dignus est, elegerit, & cuncti
pariter sacraverint Pontificem. Et licet istud, necessitate coge-
re, concessum sit: illud tamen, quod de Archiepiscopi consecra-
tione prædictum est atq; præceptum, id est, vt omnes suffra-
ganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia qui illis præ-
est, ab omnibus Episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin ali-
ter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia
irrita erit eius secus acta ordinatio. Ipse autem Archiepiscopus
nihil de eorum causis, aut de aliis communibus, iuxta statuta
Apostolorum, abque cunctorum illorum agat consilio: nec illi,

Archiepiscopi
Germaniæ eos sub
se habent
Episcopos,
quorum
vrbes non
sunt civiliter
sub Metro-
poli.

Quæ Metro-
poles.

Archiepi-
scopum eli-
gebant Epi-
scopi.